

12

ΑΠΟΛΟΓΟΥΜΕΝΑ
PRO GRÆCO EPIGRAMMATE
LATINE CONVERSO.
A B
JACOBO MARTORELLIO
ADVERSUS ACCURATIORES
POSTERIORIS EDITORIS
ANIMADVERSIONES.

ANNUAL REPORT OF THE

REGULATORY COMMISSION

OF THE STATE OF TEXAS

82

OFFICE OF THE ATTORNEY GENERAL

STATE OF TEXAS

REGULATORY COMMISSION

OF THE STATE OF TEXAS

Vet.
ter
n/sem
tatio
ting
is , P
n/rod
cher,
sem,
the h
Verf
bus c
tel.
Stile

At
zatur
datio
alis
bonui
ze
loris

FEBRUARIO mense labente, inter præclarissimas verustatis reliquias, hoc jam περιθρύλλητον mar-
mor Græce litteratum repertum est: accitus ipse honestissimis possessorum codicillis ce-
lerrimus accurri, & ternis, aut quaternis post diebus Latini oris factum amicorum archery-
pis impertii: Græce etiam exscriptum est, quantum potis fui, ἀναμάρτητον, ob characterum
inelegantiam, ac miram σύζευσιν. Interea temporis ab scalptore egregie expressum, &
voces dubiae interpretationis adnotatiunculis exornatas iterum luci concedidi; queis men-
tem poetæ clarius aperui; & notum est me illas longe antea, præsertim doctissimis amicis
in Porcellianam bibliothecam coeuntibus, ut meus est mos, communicasse, a quibus vel
probantibus, vel officiose restituantibus plurimum lucri pro mea re feci. Ob secundam hanc
ἔκδοσιν bene multa officia & laudes humanissimas a civibus consecutus sum, quæ me valde
exhilararunt; quas breves adnotationes hic denuo adtexere res urget.

ΑΓΓΕΛΕΦΕΡΣΕΦΟΝΗΣΕΡΜΗΤΙΝΑΤΟΝΔΕΠΛΟΥΔΟΣ ΕΙΚΤΟΝΑΜΕΙΔΗΤΟΝΤΑΡΤΑΡΟΝΑΙΔΕΩ ΜΟΙΡΑΤΙΚΑΕΙΚΕΝΟΣΤΟΝΑΡΙΣΤΩΝΗΡΓΑΣΛΠΛΥΝΣ ΕΠΤΑΕΤΗΙΜΕΣΣΟΣΔΕΣΤΙΝΟΠΑΙΣΓΕΝΕΤΩΝ ΔΑΚΡΥΧΑΡΗΣΠΛΟΥΤΩΝΟΥΠΛΙΕΧΝΥΤΑΠΑΝΤΑΡΡΟΤΕΙΑ *Ωρί: Συνδιγόνη Σελί*

A'γγελε Φερτεφόνης Ε'ρμη, τίνα τόνδε προπομπέis
Εἰς τὸν ἀμείδητον τάρταρον Αἴδεω;
Μοῖρα τὶς αἰκινένεος τὸν ὄρισ·ων ἡρτασε Παύλης
Ἐπταέτη, μέσσος δ' ἔστιν ὁ παῖς, γενετῶν.
Δακρυχαρής Πλεύτων, ός πνεύματα πάντ' ἀγρότεια
Σοὶ νέμεται, τὸ τρυγῆς ὅμφατας ἥλιντος;

Nuncie Persephones, quiemnam, Cyllenie, duftas
Nil ubi risus est, tartara in ima Erebi?
Parca, haud quo est melior, rapuit stultissima Paulla
Septennem e gnatis, qui medius stat, is est.
Improbè, vita hominum haud tua, que sit acerbula, Pluto,
Ætatem cur tu demetis omphaciam?

Vers. 3. αἰκινέος lubenter legat quis αἰκιέλιος, at ob-
stat lex grammatices, nam scalpendum fuisset αἰκιέλιον,
ut semper in Hom. atque in Sibyll. orac. est, Μοῖρα
αἰκιέλιον, Parca sat præceps, vel sat dura. Hic vers.
confingi etiam posset, ut magis sententia sit χαπτὸν λέ-
ξιν, Parca τοι egregiis rapuit stultissima Paulla. Et si
in eod. v. legere quis velit, ἡρπαστὸν αἴπερ αὐγῆς, ερπασ-
τη luce, quod statim se oculis offert, vox γενετῶν, na-
torum, importuna satis foret, nesciremus enim, cuius
esset filius septennis puer.

Vers. 4. fortasse opportunius vox Μέτσος est nomen
hujus demortui puelli, scil. Messus, cum insit in Grut.
thes. pag. 90. i. quidam Messulus: quare etiam ad
puerilem leporem in epigrammate reponendum hemisti-

chium ὄποκορισικῶν, *Messulus is puer est.*

Vers. 5. ἀγρότεια legi etiam potest nil inconcinné
ἀγρότεια, & interrogandi apices adpingendi: etenim in
marmore litterula secunda præsert potius etiam τὰ Κ
speciem: eritque sententia: Nonne, Pluto, que perfe-
ctio & maturæ tibi decreta sunt? Cur, &c. hinc distichon
ita immitandum:

Improbè, vita hominum, que sit maturima, Pluto,
Nonne tua? etatem cur metis omphaciam?
licet μόριον illud & mira raritatis sit cum interrogan-
di vi sine comite alia particula. Posthabita est lectio
ἀβρότεια, immortalis, non enim responderet vocι ὅμφατας.
Verum hæ adnotatiunculæ, novæque voces in commen-
tatio ad unguem castigandas.

At oblitum piget lectorem certum facere me non statim, ac marmor Latiali lingua doc-
natum est, publicæ usurpæ reddidisse; inaudiveram enim ab certissimis amicis viros Græce
doctos viam quotidie ad marmor curate spectandum celebrasse, atque etiam litterarum sul-
culis arramentario typographicò parientissime affuso, uda papyro inde apposita, pressaque,
bonum earum exemplar arripuisse, domumque, quo emissitiis oculis lustrarent, compor-
tassem: itaque lubens & catus sustinui, si ab eorum arte, cura, & Græca sapientia quid sce-
noris in meam interpretationem derivare potuisse: admoratus tandem eos taciturnum, ef-

se negotium , ac lentissimum , membranam illam meam omnibus patefeci , quæ per incolas , exterisque gentes volitavit .

Rebus ita a me compositis , nuntius horribilis effertur per urbem clam circumferri ab ignotis , & conductoriis mancipiis , circumerrantibus auctoris stipe , philuram in me contumeliarum ac rabiei plenam : tunc amicis nil fidei praestiti , nugari eos rebar ; non enim conscius eram me evirandum bidental conculcassem , neque inducebam in animum cives meos , (nomina honestissimorum virorum in auriculas clam garriebant ,) adeo maleferiatis , maleque affectos , ut hisce perniciosis , (dignis proinde publica indignatione , & singulorum odio ,) libellis debaccharentur contra tam breve , neque sibi molestum ἐπιγραμματίδις innocentissimi puelli interpretamentum . Tandem etiam mihi membranæ hujus exemplar oblatum est : in eoque præter linguæ sanctitatere ad Terentianum , atque Horatianum cultum , ingeniumque quæsitissimum , quam vehementer invideo , (hinc facile non unus , quinam opellæ auctor fuerit , hariolari , quin & divinare satis esset , licet qui mordax scribendi genus invadit , alienum suffuratur stilum ,) & familiarissimum cum Græcanico idiomate consuetudinem , multa bene excogitata , & laudabiliter facta deprehendi , quod in prima voluntatis meæ parte posui ; laudes porro pro meritorum mensura unicuique sunt tribuendæ . Appono ejus membranæ exemplar.

VETUSTI EPIGRAMMATIC IN MARMORE SCALPTI

Neapoli in Aedibus PP. Congreg. Missionis super effosse

EDITIO ALTERA ACCURATOR , QUA EPITAPHIUM ANTEHAC ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ
Pueru ARISTONI vindicatur . Neapoli . V. Kal. Apr. Anno 1759.

Xaipe δις ιηβιστας , και δις ταχου αντιβολιστας .

Hoc Epigramma ita ante hos paucos dies prodit ex typographia Simoniana ; eaque Editio præ altera , que sequitur , Prior nuncupabitur . Loquitur censor de epigrammate Græco a me exscripto , & Latine converso , quod ipse hic adjecerat .

I D E M E P I G R A M M A

Rursus cum marmore δις αὐτοφιας (oculata fide) collatum , foedisque mendis detersum : heic suae integritati restitutum , novaque versione donatum Lectoribus sistitur , non sine brevibus animadversionibus . Editor namque posterior , quo minus breve hoc epigramma longiori honestaret commentario , deterreri se ait per vulgato adagio : Μέγα κακὸν , Μέγα βιβλίον . Ceterum is recte moratos lectores monet , se nihil posteriore hac qualicumque cura detractum velle existimationi prioris Exscriptoris ; quippe qui , quum proposito veluti programmate palam fecerit , epigramma sibi lectu difficillimum fuisse visum , veniam potius quam criminationem apud aequos rerum aestimatores nanciscetur .

Αγγελε Φερτεφόντης Ερμη , πίνα τόνδε προπομπεῖς
Ἐις τὸν ἀμείδητον τύρταρον Αἰδεω ;
Μοῦρά τις αἰκέλιος τὸν Αρίστων' ὥρπασ' ἀπαυγῆς
Ἐπταέτη , μέστος δ' ἐστιν ὁ πάις χενετῶν .
Δακρυχαρής Πλέτων , όπ' πνεύματα πάντα βρότειχ
Σοὶ νέμεται ; πί τρυγάς ὅμφακας ηλκίν ;

Nuntie Persephones Cyllenie , Ditis in imos
Qualem deducis tristia regna specus ?
Inter utrumque parentem en stat septennis Ariston ,
Parca ferox luci quem abstulit aetheriae .
Nonne tuum est , Pluto , quidquid mortale sub aethra est ?
Heu cur aetatem quae sit acerba , secas ?

V. 1. Ερμη . In priore Edit. Ηρμη : errore typographi , H pro E , & accentu in priore apposito , qui super ultimam circumflexendus erat . Pudet autem his immorari ; mendas enim id genus notare , de iisque tragœdias excludere quid est aliud , quam lectoribus convitum facere ? Et tamen est , qui triumphum sibi decerni superbiissimum postulat , ubi quid hajuscmodi in aliorum scriptis profligaverit . Nonne in typographo magis praefat , quam in quovis alio habam eudere ?

V. 2. Μοῦρα τις αἰκέλιος . Mire heic exuberant περοπεμπα prioris Editionis . Ibi Μοῦρα τις : mendo typographi ;

phi; nam si interrogatio subest, Mō̄s̄is t̄is cum accentu acuto scriptum oportuit; sīnius, μό̄σ̄ο̄ς t̄is, accentum in ultimā praecedentis retracto. Sed hoc levius; illud vero quis ferat, quod pro genuino ᾱκελίος, portentosum ᾱκενος supponitur? Prima rō̄ Āκελίος syllaba est ε̄α, per τυνιζον, notam Grammaticis figuram. Subterminatione os masculina, laret sequior sexus; id quod in compostis familiarissimum Atticis fuit; etū vetustiores, Poētae praeſertim, compoſita per generum species inflectere amabant; ut in hoc ipso Āκελίος usu venit; cuius ε̄ακελία reperitur apud Homerum. Porro prioris Editionis istud Āκενος inde fluxit, quod littera Λ in marmore ita τ̄η I adhaeret, ut utraque littera simplex elementum N ementiatur. Exscriptor autem, ut versuſ ratio ſibi conſtare, E de ſuo admensuſ, Āκενος obtrufit. Haecce eſt in deſcribindis vetuſis tituliſ ε̄χριθαι & fides?

Ibid. Tō̄v Āρίσων ὑπκοτ' ἀπαγύης. In priore Edit. tō̄v ἀρίσων ὑπκοτος Παύλης, quoſ verba, totidem glomerantur σφάλματα. Primum quia Āρίſon cum apostropho ſcribendum fuerat, ut integrum sit Āρίſon, proprium pueri nomen a recto Āρίſon ενος. Deinde praeter fidem marmoris, ſequitur ὑπκοτος Παύλης. In marmore ſic ſcalpit: ΗΡΠΑΣΑΠΑΤΓΗΣ, quea verba hoc proſlus pacto ſunt diſtinguenda: ΗΡΠΑΣ ΑΠΑΤΓΗΣ, vel ὑπκοτος ε̄ν εὐγή, ſurripuit luci, non ὑπκοτος Παύλης. Ex qua praepoſta litterarum ſecretione & illud ε̄προδιόνυρον Matris Paullae nomen fluxit: proſlus, ut leviter dicam, inconsuſto. Nam ε̄νγυνης controverſiam Aristoni movere quia potuſſet, quiaſ Matrem Paullam dumtaxat digito moſtraret, Patre praeterito: certe quod, tamquam vulgo quaeſiſus, genitorem ciere non poſſet. Apage ſis; & faceſſat hinc illa neſcio quea Paulla. Nam, ſi nihil aliud, Ariston ipſe μέros γυνετῶν, natalium ε̄νγυνετῶν apud Praetorem jure ſibi optimo vindicabit.

V. 4. In marmore ΕΠΤΑΕΘΙ, ubi ultimum I παρέλαꝝ.

Ibid. Γενεται heis non gnati ſunt, ſed genitores, inter quos mediua ſtans puer in anaglypto (perinde ac deſcritbitur in ſubiecto epigrammate) ſcalpit.

V. 5. Δικρ. Πλ. Pluto gaudens lacrymis. Reduſas caſuſ pro quinto.

Ibid. Πλ. πεν. Βρότ. omnes mortales animae. Potuſſet & hic verſus ita verti: Non ſibi mortales orones, Pluto eſſe, cedunt? In priore Edit. πεντ' ᾱγροτεις: quea poſtrema vox haſtenus inaudita eſt, nec alibi investiganda, niſi in περοράματi Exscriptoris, qui ubi in marmore conſertiſ litteris, vocibusque nullo intervallo diſcretis, ſcalpum reperiſ HANTABPOTEIA, autumavit illud. B medium male tornatum, eſſe Γ: inde ejus typographus auſdacter, tota licet reclamante Graecia, ᾱγροτεις typis mandavit. Hec accerrimus meus censor.

Verum inter tot res magni pretii, criminacionum, ne dicam contumeliarum, ſtruſ in me congeſta eſt, & per ſilvam mea ᾱπεδευτια pervagari unicuique datur, quæ ſi vera ſunt, miſellus ego instar Absyrti, vel Hippolyti diſcerpendus. In hac neque omnino plena pagella, iſthæc officioſiſſima in me ferula, & cupedia apparantur: datum a me epigramma ſiedum mendis: deridentur verba, quæ mea ſunt, longiori honeſtanda commentario: adagio illo μέγα κακὸν, μέγα βιβλιον videre videntur amici ſuggillatum grande meum atramentarium negotium. Veniam mibi, non criminacionem comprecatur, quod lectu diſſicillimos diſherim hos characteres: quare nil mirum ſi toties fæde peccaverim. Salutor in adnotat. proſfigator jactabundus ſcriptorum in ſignis accentuicularum Grecoſarum; inde me docet ratioñem ſyllabis eas appingendi. Sed age recreentur aures majori conviciorum ſtrepiuſ; ait in verſ. 3. epigrammatiſ mea σφάλματα exuberare, & portentosam vocem ᾱεικένεος in Grecaſam coportafſe, & diuriſſime me increpat turpiter leſam fidem, & ᾱχριθεις in tituliſ vetuſis deſcribindiſ: mox adeo amaro ſermone me impedit, ut Scioppios, & Vallas equis veliſque longe praecurrat, quippe inclamat, quoſ verba, totidem glomerantur σφάλματα, uſumque me praepoſta litterarum ſecretione, compellatque, ut leviter mecum agat, inconfuſum, quod æque eſt, ac temerarium: inde exquisitos ſales non ſine eruditio rerum legalium luxu & deliciis effundit, quod matrem, non parentem puelli in marmor induxerim, ε̄νγεια, ut ipſe ait, eidem abripiens, apud prætorem tanto crime arceſſendus: demum traducit me adeo ſtolidum, ac bardum, auresque adeo obefas adhærere capiti, ut totam Grecaſam reclamantem, quod vocem inaudiam, ᾱγροτειαſ confinixerim, nec investigandam, niſi in mea παροράματi, neque alibi, mini- me percepifsem; inde ut existimationi mea acrius illudat, tantum errorem in typographum deſiravat.

Iſthæc, atque id genus alias verborum amaritudines aggerens omnem pagellam opplevit quicumque iſ eſt vir doctiſſimus, & ceu alter Aias μαστιγοφόρος Ulyſſem judicio Greco- rum victorem pronunciatum quærenſ, neſcius utrum homines, an pecudes, utrum greges ſociorum, an hoſtium cæderet, ita epigramma a me exſcriptum, & Latine conuerſum flagellat, laceratque; quinam hæc auſus fit chartæ illinere, an adolescentis, an ſtichus, an Glycerium, an vir, an ſilicernium, nil me mordet: mordet dumtaxat iſthoc ferox ſcriben- di genus, quæ labes noſtri ſacculi eſt, & macula litteratorum virorum virtuti: eſt, ut clamitem verbiſ neſcio cujuſ, quæ a puero didici: Vab! litteras, quæ ab humanitate ſortiu- tur nomen ita contaminari, ita omnium ſibilis exponi a quibusdam, qui omni humanitate reli- ga, & odio turgentis ſuaviffima muſarum ſacra triftiſſimo vultu adire audent. Porro omnes boni optaſſent, ut noſter hic anonymous, cui ſat bene & Grece, & Latine cor ſalit, illa egregia inſtituſ mea, & corrupti judicij ſpecimina ſalibus ſine felle ſuffuſiſ patetſecifſer, ſuumque novum illud, & elegans metricum interpretamentum ad jam certam marmoris ſententiā expreſſum bile atra minime percitus nobis obtrufiſſet, ne tam cito parva mea Greco-nicæ eruditioſ fama periclitaretur, ac pefſum iret: conſcius ipſe anonymous, & ordo, & populus me omnium primum, quæ non infima lauſ eſt, ᾱτοσχεδιαſ e lapide ex- traſiſſe carmen illud, & nil praemeditatum Latine dediſſe: verum iſthæc verborum pon- dera,

dera , & bona frugis hortamina victoria impotenti bacchantibus inania sunt , atque suras discerpunt .

Hæc autem omnia mihi interfari necesse fuit , ne qui ignorant , quo pacto hæc fabula confita in me sit , & concocta consilia , criminosum me traducant : sed ut potius conquerantur in me grassatum esse tot maledictis eum , quem ipse non læseram , & quod id ab eo factum , qui fecit : intestabilis autem sim , si isthæc doleo , scil . quod censeam me errare non posse , aut nolle reprehendi , non eo confidentia evictus sum , ut vel hominem esse oblitus sim , vel memor erubescam . Sed age , quisque judex adsideat , adsint etiam πάρεδποι , nostri censoris patroni , si qui sunt , (cupio autem litem esse , non controversiam ,) quis nostrum & in epigrammatis interpretamento , & in adnotariunculis veriora & justiora protulerit , atque a qua parte stet ή Ασπατα . Terna urgentur accusationum momenta in tribus scilicet foliummodo vocalis , αειχένεΘ , Πλαύης , & αύρότεια . nam reliquas tres & quadraginta , quies contextum est ἐπιγράμματιδιον , profitetur actor me universas divinasse : non igitur illud a me födum mendis exscriptum est : atque in ternis iis etiam comperendinandum , vel ampliandum : & sane actio injuria est , (ne dicam ab adversario contra legem Remmiam peccatum esse ,) multiplicis föditatis criminis me arcessere , qui ceteras omnes poetae menti consonas , ac secundum Græcam munditiem dederim ; in eaque actione rogo , ut mihi purum sit judicium , ignoro sane quid excipere valeat accusator . Sed missò hoc forensi scribendi , sive ludendi genere , serio agamus .

Prima fædissima macula , quam me huic puelli epitaphio adspersisse ait , est vox αειχένεΘ , vocatque hanc ρῆστιν portentum , inclamatque ad ravim , quis id ferat ? At ipse etiam reponam , quis ferat virum ἐλληνικώτατον , imo & ὄμηρικώτατον oblitum esse famosam vocem hujus vatis II . Θ . 229 . νενεαυχέτεις , stulta jactantes ? quin & scholiares subjicit , τετα , τὰ μάταια κωνχώμενοι , stulta , & inania jactantes . Itaque si legamus in faxo αειχένεΘ , semper stulta , quid terriculamenti , aut spectri cernere est , quando vocalam αει fere omnibus adiectivis conferruminatam , uti est in ipso censoris αειχέλιΘ , cernimus : at enim vox αειχένεΘ non in lexicorum indicibus appicta est : miserum sane negotium , si dirissima compositorum vis ab hac pauperrima penu expromenda sit . Quam mancum & infirmum foret , si objectet eam vocem deserat extreto τῷ E , & legi αειχένεΘ , nam bonus sculptor se etiam in aliis ρῆσται sat rudem , & somniculosum probavit , ut in προπομπέις , & in πνεύματα , quas , nobis hariolantibus , extraximus , & pro ἐπτάχτη dedit ἐπτάχτη : itaque cur is , qui voces litteris mactavit , alias circumcidere & mutilare non valuerit ?

Sed deorum fidem restatur editor posterior , (eo namque nomine se salutari jubet ,) & ad majorum gentium eruditos viros provocat in lapide sculptum αειχέλιΘ , quo nihil tornatus ac rotundius videre est , vocemque esse bonam ; ac Homericam moleste omnium auriculis obstrepit : inde liberas indignationi acerimæ habenas indulger , ac immutata aquabilis vocis ratione , terrorem mihi incuriens Græce , & Latine increpat : Hæcne est in describendis vetustis titulis αὐπίσεις , & fides ! tantæ animis sapientibus iræ ? tanquam si in sarcophagum sui Aristonis , aut mei Messuli puelli piaculum fecisset , non imperato collegii pontificum permisso , vel in alterutrius cineres minxitisset . Verum ipse illa parte animi , in qua existit ardor , sedata atque extincta , reponam me etiam statim in marmore vidisse αειχέλιΘ , viderunt etiam non pauci adolescentes auditores mei , isque unus videre haud valet , cuius lumina ἡρπατε Μοῖρα τις . nec id ἐπιθετό τam diu latere eum quis dixerit , cuius jecur Ομηρικώτων sapit : idque adeo verum est , ut in Porcellianis eruditorum comitiis ea de re doctissimos amicos monuerim , atque inde in mea secunda epigrammatis ἐκδοτει rationes quasdam adnotariunculis illeverim , cur potius αειχένεΘ amassem , quam αειχέλιΘ , quas hic paullo longius recudendas pax mihi sit . Et legentium me miseret , quos editor posterior amandat ad grammaticorum penetralia introspicienda , & eorum scita perscrutanda , quæ cornu & esuritione aridiora sunt . Porro cum certior ipse factus ab suis amicis ferentariis me ideo antetulisse vocem τὴν αειχένεΘ , propterea quod Μοῖρα αειχέλιΘ in grammaticas leges peccaret , & scalpendum fuisset αειχέλι , uti ubique in Homero ; atque etiam oracula Sibyllina , quæ non tanti sunt , leges illas videram sancte servasse , in iisque lexitari , Μοῖρα αειχέλι , non vero αειχέλιΘ , isthæc πομφή satis , & ingeniosa docet , quo me perquam inscium adjektivorum varietatis venditet , traducatque : Αειχέλι . sub terminazione os masculina , latet sequior sexus ; id quod in compositis familiarissimum Atticis fuit ; et si vetustiores , poetae præsertim , composta per generum species inflectere amabant , ut in hoc ipso αειχέλιΘ usu venit : cuius αειχέλι reperiatur in Homero : quid nobis succinat criticus doctissimus iis verbis , sub terminazione os masculina , latet sequior sexus , cum ignarissimus ignorat , nisi sit quid μυστηριῶδες . etenim , adjektiva nomina in os cadentia , & eis primis

primis composita minime occulunt sequiorem sexum, sed in iis lucet & patet juxta; ac sexus princeps: ἀθάνατ^Θ, λευκόλευ^Θ, κ. τ. λ. utrumque ostentant propalam, uti Latine, mortalis, doctor: atque ἀθάνατος, λευκόλευον infimum genus præferunt, uti mortale, doctius: & quis importunus a censore expeteret in μάκαρ, & in anceps quodnam ex ternis generibus latet; numne sequior etiam sexus? nunc ipse se proderet sat tristem μισογάνην, (mulierum oforem,) quas vellet, ut etiam in adjectivis laterent, præbetque novum bona disciplinæ specimen, quo Ethicen locupletemus.

Neque fortasse minus obscura sunt, quæ adjicit, id quod in compositis, &c. (ne a me timent, ut dicam falsa, id genus vocabula ad rusticos agrestesque homunciones amandentur:) sane familiam univerfam poetarum Atticorum in adjectivis inflectendis, editor posterior multis parasangis abesse edicit a veteribus poetis, quando ratum est ne latum quidem unguem discessisse; neque apud antiquiores vates composita in ternas voces cecidisse scimus, sed in binas, si sat paucula eximamus, quorum unum αἰσκέλι^Θ, η, ου, & cuius gratia nunc commedia isthac agitur: exemplo sint ἐπίθετά, queis unam Helenam tum veteres, tum Attici poetæ mactarunt: λευκόλευ^Θ, ταυύπετλ^Θ, εὐχομ^Θ, καλλικομ^Θ, καλλιπάρε^Θ in Hom. καλλιπαρ^Θ, ἐλικοβλέφρη^Θ in Q. Calabr. πεντάλεπτρ^Θ, αἰνόλεπτρ^Θ in Lycophr. καλλιπλόκομ^Θ, Pind. πολυδάκρυτ^Θ, πολύσον^Θ, πολύκοτο^Θ, ὄρνιθόγον^Θ, πολύπον^Θ, Eurip. inter tot epitheta Helenæ tributa omnia in binas voces inflexa, unum dumtaxat in Hom. reperire est in ternas, scilicet εὐπατέρεια non igitur *vetustiores poetae præsertim, composita per generum species inflectere amabant, uti docet censor: quare sicuti nemo unus ex Homeri filiis a tanto patre degener caneret, Ελένη εὐπατέρει^Θ, sed εὐπατέρεια, ita nulli poetarum jus est abuti Μοῖρα αἰσκέλι^Θ pro αἰσκελί^η, quando vatum hic princeps id vetat, & carminum Sibyllinorum auctor in tanti magistri verba etiam juravit, deditque nobis Μοῖρα αἰσκελί^η. Nonne egregie de συμπολίτῳ hujus epigrammatis auctore meritus sum, cui restitu vivacis gratiæ vocem αἰσκένε^Θ, quam dormitantis scalptoris manus extremo τῷ E mutilavit, posthabita αἰσκέλι^Θ, cui flaccida, & frigidula hic ineft notio, & quæ tot affligitur difficultatibus, licet corculum & delicium sit nostri censoris, pro eaque tuenda medium opellæ suæ partem impleverit?*

Rogandus præter hæc editor posterior, ut me doceat, cur ad Atticam rationem confugiatur, ut hoc fulcro & characia labantem vocem αἰσκέλιος pro αἰσκελί^η sustentet: nam vel puelli ἐπατέται norunt poetam nostratem Homerice & Jonice compiegisse hoc epigramma, tota Grecia conclamante, ut notum est ex quibusdam vocibus, nempe Αἴδεω, & ήλιξ, & addi posset αἴρης, si sedeat legentibus, non vero αύγῆς; & cives meos olim perdite Mœonidem deperisse, & scholas Homericas Neapoli floruisse ex Philostrato, Statio, & Petronio scimus, & ipse de hoc urbis nostræ decore & fama bene multa alibi aggeffi, plura etiam mox datus: & stupor mihi est adversarium doctum juxta atque oculatum isthac non vidisse. Ceterum municipes, & incolæ sciunt nil aliud sceleris ac labis me perpetrasse in hac voce, de qua tantum turbarum excitum est, quam quod legerim αἰσκένεος, ut in marmore, veluti in fido exemplari facile quisque ita relegeat: inde τῷ E e mea penu inserto, emersit vox elegans αἰσκένεος. & quis unquam ignoravit γνησίας antiquarios id genus farturis a marmorariis illata epigraphis vulnera, præsertim si in grammaticen peccaverint, sanasse, uti solent quidam corporum defectus in scapulis, vel in lumbis pulvillis nescio quibus exempli & fulciri? Sed venia sit, si vili hac puerorum nenia tuas, lector patientissime, aures seriis dumtaxat vacivas oneraverim.

Adeamus versum epigrammatis tertium, in quo censor severus & superciliosus ita me iterum Grace, & Latine exhibitat, ac proscindit: *quot verba, totidem glomerantur σφάλματα.* Caput & fundus unius ex meis fædissimis σφάλμασι^η est, quod architectus fuerim vocis Παύλης. Ut autem hujus matris luctu perditæ nomen, qua valeam arte, & machinis sustentem, paucis proloqui fas est. Haud piget fateri me initio ob igneam perniciatem Latine dandi hoc breve carmen, præteriisse nomen puelli, (quod certe Messlus, sive Messulus est,) & voculam μέττος me inconcinne vertisse, medius, in eoque errato amice mecum conjurasse adversarium latus sui; qui me doctor, & magis catus, eo quod mense post cum diuidio animadversiones suas protulit in lucem, mente volvens criminosum poetam esse, & mancum epigramma, si nomine denari pueri desertum esset, supposivit parentibus Aristonem: at ipse in secunda ἔκδοσει in antecessum γνήσιον Messulum jam restitueram; hinc mihi isthac omnibus numeris absoluta sententia enata est, scil. Viator Mercurium interrogat, quemnam in tartarum deduceret, reponit ille percunctanti, se ferre Parcæ fatuitate erepum puerum septennem ex elegantissimis Paullæ filiis, Messulum cognomento: inde viator post Mercurii r̄sponsum Plutonem exsecratur, quod nullum juris sibi datum in æstatulas

acerbus, sed in eos, quorum ævum perfectum est ac maturum. Isthæc sane sat aperta in faxo, eaque sat expolita & locuples sententia pascit oculos nostros, quamcumque aliam expromant, detorta est, invenusta, anilis; quam sententiam per partes tutari aggredior libens libensque.

Princeps distichon, ignoro, τινὶ μοίρᾳ, & quo fato salvum est, & pisce sanius, nec impetratur ab critica εὐσοχίᾳ æque docti, ac amarulenti censoris, qui omne ἐπίγραμα conclamarat a me datum mendis foedum: at in secundo omnium terruit aures; & in me genuinum frangit, ac truculentus ita dilaniat, *quot verba, totidem glomerantur σφήματα*. Ied rōgo Α'πόλλωνα ἀποτρόπαιον, ut me servet: errasse me ait in tor vocibus, scil. τὸν ἄριστον, ἥρπατε, Πάνθης, & γενετῶν, præter primam ἀερέαν, quam tamen fortasse bona argumentorum vi ab censoris injuria prohibui. Luscitiosissimus quisque videt illud τὸν ἄριστον dividendum, & τὸν spectare ad ἐπτάτην, & ἄριστον ad γενετῶν, & vertendum septennem ex elegantissimis filiis; hinc quoque colligimus defunctum puellum fuisse eleganis plenum, quæ laus licet brevis, omnium honestissima est: e contrario si legatur, uti concoxit adversarius, poeta vel minimi præconii erga hunc suavissimum παιδισκάριον avarissimum se probasset, quare omnes ei succinerent Horatianum illud, *præter laudem nullius avarus*: ecquis unquam longiusculum epitaphium mortuo sibi carissimo scalpsit, in quo ne hilum quidem ἔστι laudis? ita sane, si Α'ριστον sit puelli nomen: contra si sit ἐπιθετὸν filiorum, & carmen, & puerum commendatissimos prædicabimus, nec ulla poetæ irrogabitur dica. Id unum satis superque foret, ut εἰ marmore eraderetur falsus Ariston: at ponderosiora teneo momenta rationum.

Editor noster posterior cogitur lacinare ex omni parte politiorem hunc versum, dum ternis vocalibus efferus ipse circumcidit appositis apostrophi signis, Α'ριστον' ἥρπατ' ἀπ', quod Teutonicum sonat in delicatulo Græco idiomate, præsertim in sat culto, & angusto carmine: & ita sane laceratas dat has voces in notulis suis: neque negem tam tetricum sonum advertisse etiam adversarium, & sollerter marmori infixisse bina solum isthæc vulnera Α'ριστον' ἥρπατ' ἀπαυγῆς, & tunc rogandus venit, ut me Græce indoctissimum, & ideo venia potius, quam criminatione dignum apud eacos rerum estimatores, doceat, an ἀρτάζω adglutinetur cum casu patrio, nam id ignoro, neque mihi horarum satis id scrutandi, atque e Græcanicis studiis bibo, ut canis a Nilo: hoc unum scio Homericum nostrum addita præpositione adhibere τὸν ἀρτάζειν, uti Il. v. 198. ἀγα λέοντε κυνῶν ὑπὸ χαρχ χροδόντων ἀρτάζετε, ibid. v. 527. ἀπ' Α'σκαλάφος πέλληκα.. ἥρπατε. probe autem post nomina substantiva divinus vates casum patrium apponit Il. w. 262. ἀρταχτῆρες ἀρύων, neque opem querat censor ab v. 62. Il. v. αὐγέλης βεν' ἀρτάτη, etenim doctissimi interpretes vertunt armenti boven rapuerit, non vero ab armento: non igitur poeta Neapolitanus in ea συρτάζει a tanto patre αὐγενίς cecinisset, ἥρπατ' ἀπαυγῆς. quare si Α'ριστον' ἥρπατ' ἀπ' αὐγῆς trucem reddit versum, & si legatur ἥρπατ' ἀπαυγῆς, exempla querenda sunt hujus syntaxis: aliud sane excogitandum, quo his obicibus eatur obviam.

Præterea mirati sunt universi, cur censor noster, qui πολυφθαλμος, & ut ipse ait, *oculata fide* legendō marmori assederat, non viderit ἀπ' αὐγῆς detorqueri etiam posse in ἀπ' αὐλης, rapuit ab aula, & sane τὸ Γ in faxo plurimum refert τὸ Λ. & nunc memini in Hom. Il. v. v. 837. item etiam esse, num poeta scripsitρ Διὸς αὐγάς, an Διὸς αὐλας. & tunc perquam nova innasceretur huic disticho sententia. Adde, plurimis amicorum sat arsisit ἀπ' αὐρης, rapuit ab aura, cum Latini dicant non vice simplici *vescimur aura*, & teneo ab Reinesio in clas. XVIII.51. *Verna puer....quis ab aura te in tenebras rapuit*, &c. in eaque lectione animum obduravere suum, eo sane magis, quod Jonismus in αὐρης pro αὐρας renidet, longeque conquesti sunt de editore posteriore, qui tot variantes, bonasque voces scrutatus non sit, contentus implevisse pagellam suam solummodo male ominatis verbis aduersus nomen Πάνθης, matronæ funus filii septennis amare deplorantis; inquit enim, *Apape sis; Ο' faceſſat binc illa, nescio que Paulla*, &c. ut iterum religiosissimum μισθώνυμο se probaret.

Verum hæ lectiones ἀπ' αὐγῆς, & ἀπ' αὐρης non levi incommodo urgentur, tum quidem quod voces αὐγὴ, & αὐρη me Græce vix callentem fugit, an hujus linguae scriptores in notione *vite*, uti Latini, unquam adhibuerint, tum quia τὸ ἀρτάζειν simplex & solitarium adnotat *vita privare*, qui indicibus mancipati sunt, id facile vestigent; imo in Mazochio Græce absolutissime docto volupe est, dum lego sat elegans interpretamentum Latini lapidis de Ascia p. 29. col. 1. ubi invenire est inter alia: *Multis. annis. vivat. qui. dixerit. AR-PAGI. tibi. terram. levem*, & ita lucem afferit tenebrosæ voci Arpagi: *Nec alius, credo, intelliget, nisi porro addas. venire a participio ἀρτάζεις, raptus, cuius. vocandi casus exhibet*

erbit in eis, sicut et κύριος fit χαρίτης. Multis annis virat, qui dixerit ARPAGI (idest O RAPTE) tibi terram levem; (an in vocativo fit χαρίτης, & non χαρίειν, ignoro). Interca-
seneo a summo viro. ἀπτάζειν sine aliis additamentis valere vitali luce orbare: si poeta
Neap. id laruisset, non veniam, sed criminationem nanciseretur: aliter igitur legendum,
ἥρτας ἀταυγῆς nam affatim suisset dixisse solummodo ἥρτατε.

Age inspiciamus, an ἀπίσων fit κύριος nomen pueri, quod si causa ceciderit adversa-
rius, matris Paullæ nomen firmius hærebit marmori: tantam ovationem sibi ob tam no-
vum, & felix inventum celebrandam indicit, (mihi autem triumphum reliquit,) ut in
diptychi sui fronte grandibus characteribus scriperit, ARISTON PUER VINDICATUS.
Sane si ἀπίσων hic puerus esset, poeta politissimus in ἔξαστῳ carmine tam culto ar-
ticulum τὸν ante proprium nomen posthabuisse, uti vides in Μέσσοις neque ultima vocali
litterula curtaasset, ne versus incederet horridus & hispidosus, scilicet Α'πίσων' ἡρπατ' ἀπ',
tot vocalibus circumcisus: præterea adeo rarum est in nominibus propriis, & cum primis
in iis in αὐτῷ cadentibus, ut Homerus, vates certeroqui liberrimus, isthac nomina sibi ca-
rissima Α'πόλλων, Εὐοτίχθων, Ποσειδῶν, κ. τ. λ. numquam extremis litteris minuta red-
diderit, nisi si parum studiosus & diligens rem hanc excussi: & Homera ster ipse in longissi-
mo hymno in Apollinem, quem millies nominat, semel apposuit Α'πόλλων' pro Α'πόλ-
λωνα. contra Callimachus in ejusdem Numinis carmine bene prolixo, adeo istud vulnus
hunc Deo infligere sibi interdixit, ut capite ipsum ter potius minuerit, quam extre-
mam syllabam arrodere tentaverit, in eoque cernimus Πόλλων' pro Α'πόλλων', & scimus
quanti pretii sunt fama, & manes Callimachi: neque mihi objectentur contra hos majo-
rum gentium vates, si quidam ex grege poetarum ab illis discesserint, neque magnus Pin-
darus, qui Olym. ε. v. 18, dicit Α'χρων' pro Α'χρωνα, & ib. od. 5. v. 98. Ποσειδῶν' pro
Ποσειδῶνα, novimus enim, queis arctissimis cancellis adstricta sit lyrifica poesis. Si igitur
nomina κύρια mutilandi libido magnos vates non invasit, censorem feremus, qui veterem
nostratem poetam de eo crimen arcessit?

Neque dumtaxat hoc grammatico momento ἀπίσων hic non audit nomen pueri, veruna-
etiam ex toto ἐπιγραμματιδίᾳ contextu, a quo propalam educitur suisse Messum: Mercuri-
um etenim fingit poeta προπομπήν, deferre, ad Erebum puerum; non igitur viatori
interroganti, quemnam deduceret, respondere poterat, Aristonem, qui stat in marmore
scalptus inter utrumque parentem: sane dupliciter illusisset percunctanti, tum quia secum
convolabat verus ille puer, quem jam viator intuebatur, si imagunculam illius vix
trium digitorum, ut in saxo visitur, ostendisset; tum quia non adhuc breve illud sepul-
crum fabrefactum erat: quisnam septenni gnatorum sepulcrum præmittat? quare nisi perti-
nacissimus & contumax, aut cui datum est pro corde scenum, neget respondisse Mercurium
fecum ferre ex elegantissimis, ἀπίσοις, filiis, γενέταις, Paullæ septennem Messum, sive Mes-
sulū nomine, Μέσσος ἐστιν οὐ πᾶς, Messulus est iste puer: hinc de quo quæsierat, fit
viator certus, atque hoc pacto nomina matris, & pueri, ejusque præcipua laus inest in
carmine; at in sententia censoris curtum Aristonem fingentis omnia sunt turbata, nil con-
cinna, atque exsucca, & plebeji saporis; ac nihil nobis nosse datur, nisi φευδόνυμον pue-
rum, ejusque statulam. De Messorum, sive Messiorum cognomento scio neminem ambigere,
cum exstant in thesauris inscriptionum, uti sunt Flavus & Flavius, Julius & Julius, Tullius & Tullius, &c. tenemus etiam ab his thesauris ὑποκοριστῶν Messulus, & Messinus.

Neque turbæ excitandæ, quod re vera puer μέστος ἐστι, medius est inter parentes scal-
prus, quæ res in prima ἐκδοσει transversum me etiam egit, cum is, qui non peregrinus est
in antiquitatis monumentis, sexcenta vidit, in queis inter parentes adstat puerus, vel
puella; & ne ad externa provocem, Ludovicus Petronius inter viros juridicundo doctri-
na, atque integritate cum primis spectandus possidet auro carius breve marmor in eadem
regione repertum, in qua effossum est saxum Messuli, in eoque etiam inter patrem, ma-
tremque stat puella, quæ hydriam manu stringit, eximiæ raritatis monumentum est: (& ipse
Petronius me docuit, quanti pretii sit σύμβολον illud hydriæ:) inscriptum, Αὐγηδώρα Α'-
τημάχου χρονῖν χαρέ. in more igitur erat in denatorum filiorum sepulcris parentum imagi-
nes scalpere, neque cogitandum quid peculiare, aut artefactum etiam in nostro marmore.

Sed nusquam acriter me obtundit, atque perfringit adversarius, quam quod nomen Paul-
lae in marmor induxerim dupondius ego lapidum exscriptor, & ob sanctas leges violatas
apud prætorem pertrahendus, atque isthac vir oris eloquentissimi, optimi jurisconsulti sti-
lo, censor meus, (quam sanctam Latinitatem ei usus mihi est saepius habidere,) lepide &
concinne ita exornat: Εὐγενείας controversiam Aristoni movere quis potuisse, quæsi matrem
Paullam dumtanat dígito monstraret, patre præterito: certe quod tamquam vulgo quæsitus, ge-
nitorem

nitorem ciere non posset. Apago sis, & facessat hinc illa nescio qua Paulla: nam si nibil aliud Ariston ipse μέτος γενετῶν, natalium εὐγένειαν apud Prætorem jure sibi optimo vindicabit: qua verba, fateor, ob elegantiam numquam ex animo eradi patiar. Piget me, censorem etiam Messulum, sive Messinum meum, uti suum mutilavit Aristonem, (ut inter seria quid jocularii sit,) obtruncasse, nam illevit Μέτος pro Μέσσος.

Verum pax mihi sit, tum quia Ariston est e spectris, atque ex εἴδώλοις καμόυτων, tum quia si me eo crimine arcessere vellet, non apud prætorem lis contestanda esset, sed apud Phretarchos, qui ute pote Græcanici judices, benigne mecum agerent, & supposito Aristone repulso, γυνήτου Messulum Paullæ adjudicarent: (reor adversarium ivisse in sententiam eorum, qui Neap. Rempub. sub primis Cæsaribus libertate & αὐτοκροίᾳ spoliatam nuper scripsere, cum prætoris meminerit, & Romanarum legum:) & si ita affectus est, luet poenas in Gn. Carbonis senatusconsulto statutas, quæ capitales sunt contra eos, qui partus supponunt, ipse autem Paullæ pro suo Messo Aristonem supposuit, neque hoc crimen præscriptio depellet. Rogandum paucis hic censorem volo, cur voce εὐγένεια bis utatur pro legitima origine, cum omnes, & cum primis Atticæ leges dicant γυντιότης, & cuique nota est filiorum divisio in γυντιάς, in νῦθες, & in θετύς legitimos, spurios, adopirios: εὐγένις, & εὐγένεια ad natalium nobilitatem potissimum spectant, atque ita definit Perizon. in ind. Aeliani, εὐγένης παῖς, ad generis claritudinem refertur. Utinam esset lis de εὐγένειᾳ puelli, tunc certe legendum, ἥρπατ' αἵ τ' αὐλῆς, clarum natalibus ipsum in magni principis aula natum oportuit, a qua Parca rapuit. Et nunc in mentem venit me nescire, cur non semel criticus eosdem patiatur manes, qui etiam vocem αδέσποτον, quam in fronte diptychi sui adscripsit, detorsit ad spuriam, non ad γυντιάν notionem, & ea de re tot adolescentes conquesti sunt.

Itaque ut, quæ dicta a me, recte collineant, isthæc omnia animadversa sunt pro nomine Paullæ, (quod erendum jubet a marmore editor posterior, adeo est μιτογύμνης.) si multa rationum vi αριστῶν valet certe optimorum, τὸ γενετῶν sunt dubio procul gnati; & si voces αἵ τ' αὐγῆς, vel αἵ τ' αὐρῆς difficultate non parva etiam laborant, & αἵ τ' αὐλῆς sat importunum, si etiam Μέσσος est οὐρίων puelli nomen, necessum est, ut ἥρπατες Πλύνης certe legamus, quo ima summis, & reliquæ partes sibi respondeant, & palam quoque sit, qui sepulcrum posuit, pro omnigena epigrammatis εὐγένειᾳ. & inde enascetur distichorum flos: *Parca ter egregiis rapuit stultissima Paullæ Septennem e gnatis, Messulus is puer est.* Hinc censor nunc parumper rabiei parcat, quo candidus reputet, quis nostrum in eo, *quot verba, totidem glomeravit errores.*

At vix ipse concoquere possum, cur monstri instar visum sit nostro editori posteriori in Σταυρίῳ saxo nomen matris, patre præterito, inventum; inde impotenti ira in me excanduit, quod puellum γυντιώτατον, ipse dixisset εὐγένεστατον, inter spuriorum gem dejecerim: præsertim cum ipsum oportuerit millena αἰώνια marmora lectitasse, cum hoc nuper repertum mihi, & reliquis doctis civibus lectu difficillimum, ipse se facilissimum grandi verborum jaestatione reperisse concelebret; vix isthæc, inquam, concoquere satis sum, quando unicuique inscriptionum thesauros volventi, ut Anthologiam raceam, plurima satias est earum, in quies mæstissimæ parentes potissimum filiolis lacrymas, & monumenta dedicant: adscribam omnium instar id unum carissimum, & tamquam si mihi ipse confinxisset, ex Grut. p. 700. 9. in quo legimus: D·M·Q·PETRONI·MESSINI·QVI·VIXIT·ANN·VIII·M·V·D·IIII·LAELIA·VENUSTINA·MATER·FILIO·KARISS· Quam appositum epitaphium videt censor matrem Venustinam scripsisse gnato karissimo ejusdem pæne ætatulæ, ac erat Paullæ Messulus, idemque etiam nomen naçto, MESSINVS, & fortasse nunc Paullæ Aristonem non suum supposedisse eum vehementer poenitebit, si Bona Mente non invita natus est; & cui unquam vel deliro in mentem veniat in tot lapidibus sine patre scriptis, pueros, & puellas, quos in ipsis legimus, omnes fuisse αἵτιορες, sive genitores suos minime ciere, & matrem dumtaxat digito monstrare potuisse? Imo si adversarius oblitus non esset matrum φιλοσόργιας quavis æstate commendatissimæ, nil ei vel mirum, vel novum in Messuli epitaphio scalptum fuisse ejus matris nomen; si hic commentario res agenda esset, non vero mea ipsius αἵτολγια, quor nunc materni amoris præ paterno in filios præclara exempla, & documenta corrogarem: hinc ipsæ suum secere nomen illud φιλότεκνος, atque mihi semper cordi fuere jambi ex Stobæo tit. 76. quos & refert Grot. de jur. bell. 1. 7. Εἵ τις δε μάτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρός. Ή μεν γάρ αὐτῆς οἶδεν ψίλον, δόδεν οἰτας. eodemque nomine φιλότεκνος eas donat Callim. in Cerer. v. 83. & Theocrit. idyl. 18. v. 13. vocat φιλοσόργυς. Quidam ex certissimis amicis sat certus, cui oratorius, non scurrilis lepos, nudius quartus narravit esse

esse quasdam matronas magni nominis Neap. fratiſſimas, quod rumſeulus ad eas percas luit, illas, quorum nomen in epitaphiis natorum scriptum est, patre præterito, turpiter abdixisse; & timendum fane, scimus enim, quid possit furens femina.

Demum non mihi prætereundum tot rationum momentis, quies *τὸ Παῦλος* ab censore eratum, iterum in marmor restitutum est, obſtare id unum, non ab iis curatum, qui norunt ſcalptorum ſtupideſtatem, præſertim in ſat minutis characteribus conformatiſt: nempe ſi *Παῦλος* legendum ſit, vox præcedens erit ἡρπατα, quare conſingenda eſt ἡρπατε, quod jam a me factum cordatiſes viri laudarunt, qui norunt γυντιſes antiquarios penſiſtasse potius ſententiam verborum in lapidibus, ſi, una litterula mutata, vivax ipſa renit deat, & veterum excogitata luculentius nobis ſe prodant, potiſſimum cum in eodem lapide a ſcalptore non ſemel peccatum ſit, uti inveniunt universi in exemplari, quod a me cura tiffime datum eſt. Quare valero ſinamus hos contentionum amatores, & epigrammatis tor tores, & ad decus poetae noſtratis nil ambigendum, quin ipſe ſcripferit ἡρπατα, & marmorarii ſtupore natum ſit ἡρπατα. Si autem quis hac in re adhuc haereat, is unus erit, cui nondum innotuere æterni indices, qui ſunt in theſauris inscriptionum, errorum, qui ad grammaticam, & ad litterarum mutationes pertinent, illos adeat, & ad ſtuporem demirabitur vocum lanienam, quam ſcalptores titulis tum Græcis, tum Latinis inculere, mihi que tunc facile adſtipulabitur in ἡρπατε pro ἡρπατα. At ſatis jam fortaffe benemeritus ſum de hac matrona Paulla φιλοσόργω, φιλοτέκνω, imo & τολυτέκνω.

Demum executiendum eſt δίστιχον tertium, in quo, licet epigramma dederim ſordum mendis, ῥήτοris una ſolummodo imperieut, αὐρότεια, & numquam ariſcente in animo adverſantis vena conviciorum, vociferatur porro me *vocem baſtenus inauditam*, & nec alibi investigandam, niſi in meis παρορθομαι, compegiſſe, inducitque aduersus me totam, quanta eſt, Græciam reclamantem: inde ineleganti παραστατι id crimen transfert in typographum, audaciaque inſimular, juxta ac ſi ipſe vocem melioris pretii ſaxo adjectaſſet. Fateor me ſtatiu ac marmor invisi, utpote recens e ruderibus tractum, litterulas adhuc calce & arenula ſat dura ac tenacissima oſlitas reperiſſe: hinc plurimum horæ tritum eſt, ut ipſas in lucis auras traherem, quare ultima vox hexametri hujus diſtichi lecta a me eſt αὐρότεια, præſertim cum ſecundus character ſat ambiguum, & ancipitem nunc ſe etiam prodiſt, quin & adhuc cives Græce callentiffimi pro γυντιſe lectione hostium inſtar digladiantur. Ceterum αὐρότεια non a Garamantibus arceſſita eſt, vel commiſſilis vox; etenim cum ab αὐροſ fruſtient ramuli ſexcenti, quos inter αὐριος, αὐριάς, αὐριότης, αὐριπτος, αὐριպոս, κ. τ. λ. cur tam αὐροփոս ei voci iraſcitur & ringitur posterior editor? ipſe qui præ me luculentius novit Græcæ linguaſ divitias, felicemque ubertatem, atque in dies incrēſcere, quaꝝ nova vocabula inventi tituli nobis pariunt, & ne a noſtratis monumentis diſcedamus: paucis ante annis lapis ſuppeditavit nobis ſelec̄tissimam vocem αὐροւτηριον, alibi a me præclara fortaſſe luce donatam, neque illam lexicorum ope, vel auctorum indicibus venabitur censor: ita etiam inter Latiares exſtabat bidental, marmora nos ditarunt πῆται bidentalis. Quam uberrima messis vocum baſtenus inauditarum non collecta eſt, imo ignotarum litterarum forma reperta ex Heracleæ æneis tabulis, ita ut lexicon parari poſſit, Guevarensium muſiſcentia, & Mazochii eruditione nobiliffimis? Quid igitur ſtuporis, & amaritiei eſt, ſi e ſaxo noſtro natum nunc primum eſſet τὸ αὐρότεια; Quisquis vel ſemel evolvit Steph. Byzantini volumen, demirabitur Græci idiomatici incredibiles opes, & quot inter ſe varian tes ſurculos emittant voceſ illæ ἐθνικαι. Quare ſi revera poeta dederit ineptiſſimo ſcalptori αὐρότεια, quam belle ſibi conſtaret diſtichi ſententia, dixiſſet ſane: Non tibi Pluto juſt. in viuentia αὐρότεια, ſcilicet rufiſta, neq; ad bonam cultamque etatam evenita, cur igitur αὐροփոս օմφակաς demeſſi? Et quidem quaꝝ ab αὐριοſ promuntur derivata, adnotant quid asperum, ſeruum, immite, & neminem latet Horatium uvam immaturam dixiſſe immitem, & Catullum & contrario maturam, mitom.

Ez videtur aliquantulum tutari hanc lectionem Lucianus in dialogo mortuor. inſcripto Κατάτλη, ex edit. Reitzii to. 1. p. 626. atque hanc diſtichi ſententiam ſuffuratus eſſe, vel potius poeta a Luciano: dum conqueritur Pluto, quod Mercurius trecentos puellos in Orcum deduxerat, βαβαι τῆς εὐαγγιας; ὄμφακας ἦμιν νεκρὸς ἤκεις ἀγων, παρε! quoniam fertilitatis? tu duclor buo adducis uinas immaturas? inde paucis post verbis appellat ſenes mortuos, κατ' ὥραν τετρυγημένοις, maturo tempore demeſſi, (ſeſti diceret censor:) quare cum eamdem ſententiam, & verba ὄμφακας, & τετρυγημένοι, quibuscum etiam εὐαγγιας, licet non eadē notione, neq; etiam poſt pagellam abeſt Moīca, bono eventu reperiſſem, quis non ſtatiu in lapide αὐρότεια lectiſſet? Verum curatius in altera mea epigrammatis ἔxōtēi inſpecto ſecunda elemento hujus vocis, de qua contendimus, ad K multum vergere adverti,

At inspectemus, an criticus noster, quem contra derivationis vocum leges & morem
tanta religio incessit invasitque, luto meliore ῥῆσιν finxerit in eo versu lectu sibi facillimo: itaque post ingratum strepitum tot verborum adversus ἀγρότεια, tandem non curren-
te rota, sed post consideratissimam tarditatem exiit τὸ βρότεια, univerfa Neap. Republica
reclamante, ut si quid sacerimum, aut quid pestilens in urbem invectum esset, tantas ci-
ves non civissent turbas: sane quis ferat πνεύματα πάντα βρότειχ, spiritus omnes mortales,
in puro quoque Platonico epigrammate? & universi mirati sunt in vestiganda ea voce
post longum cursum ne cubitum quidem processisse censem. Attamen proclive, proum,
expeditum ei fuisset e saxo sibi facilissimæ lectionis extundere, πνεύματα πάντα ἀβρότειχ,
animes omnes immortales, quod etiam vel Messulus, vel Ariston statim legisset, atque ad-
versarius officio bene defunctus tantum trepidationis & tumultus in urbe non conflaggeret.
Ipse, ut existat in meis adnotatiunculis, statim vidi & βρότειχ, & ἀβρότεια, & primam
vocem ratus sum criminosa, alteram, licet bonam, postposui, quod partes distichi, &
verborum proprietas non sibi responderent: quid enim ὄμφαξ, & τρυγας cum ἀβρότεια;
contra belle conjurant cum iis vel ἀγρότεια, vel ἀκρότεια. hinc universos in stuporem
raptos audivi, quod censor ex tot variantibus lectionibus procul dubio deteriorem selegit,
nempe βρότειχ, posthabitis ἀγρότειχ, ἀκρότεια, & ἀβρότεια. Igitur si legatur, πνεύματα ἀγρό-
τειχ, erit elegans sententia, *Pluto, in hominum vitas, que sunt acerba, non tibi jus est: si*
arrideat, ἀκρότεια πνεύματα, dicendum, *nonne tuae hominum vitie, que mature sunt?* atque
fere eodem modo Tibullus, licet nostri Græci carminis gratia longe vivax sit, cecinir
lib. 3. el. 5. v. 19. *Quid fraudare juvat vitem crescentibus uvis? Et modo nata mala vellere*
poma manu? Id genus alia veterum exempla offerunt hujus poetæ doctissimi interpretes;
& miror hanc sententiam ab ὄμφαξ desumptam adeo scriptoribus placuisse: reperi siqui-
dem in Aristenero ep. 7. lib. 1. p. 222. Περικρήτων ὄμφαξια τὰ στέρνη τὰ μῆλα. & pag.
226. docet, ubi hic dicendi lepos enarus sit: Σικελὸς ὄμφαξιζει Πεδοκλῆς παρατρυγῶν ταν-
δισκάριον, καὶ τὰ φιλήματος αὐχθές, & lectiranda Merceri, & Pawii adnotationes, sed
caute legendus hic auctor sat ἀτελγής. Contra si e marmore extrahas βρότειχ, aut ἀβρό-
τεια, omne erit hebes, & languor merus. Atque hæc tandem satis sint superque ἀπολογεύ-
μενα pro ternis vocibus ἀειχένεος, Παύλης, ἀγρότειχ, vel ἀκρότεια.

Si longis tibiis, licet sat paucorum dierum spatio, cecinimus, incusandus criticus, qui in parva membranula novit bene multa ῥητὰ, καὶ ἀρρητὰ corrrogare, & cui, quamquam sit odio μέγα Βιβλίον, ut ipse ait, scit tamen acerbe nimis alienæ famæ inferre μέγα κακόν & commendendus fuisset, qua verborum modestia viros ingentios ab aliorum sententiis diffidere deceat. Contra ego cordatior, quæ ab ipso & Græce, & Latine in suo parvo, at sat minaci diptycho, & quæ in suo epigrammati metrico interpretamento peccata sunt, sive maculas, aut natos dicas, solummodo paucis amicorum carissimorum, facta quadam quiritatione, communicavi, neque id columnæ interdicunt: nam sat mihi, & bonis omnibus compertum est, cum cumque chartis quid illinere cordi est, oportere pati humanum. Spes est, ut hæc fabella, aut exodium jam peræcta sit, ne spectatores inde clamitent futuram longiorem ea, quæ de Hilari epigrammate, aut de Quiriniano Diptycho paucis ab hinc annis concelebrata est. At feriæ veris instant, hilariter in his nugis, si lubet, transfigantur, dum me ad placidiora Musarum sacra, & ad Surrentinam rusticationem cum liberalissimo Nicolao de Nuce, inde ad Stabianam cum elegantissimo Theophilo Mauro, qui sunt amicorum par selectissimum, lærisimi dies invirant alliciuntque. Neapoli prid. idus Aprilis MDCCLIX.